

Dices ab initio nate in Ecclesia administratum fuisse ab Apostolis baptismum in nomine Jesu Christi, ut habetur pluribus in locis Actuum Apostolorum. Huic infantie late satisfecimus I. c. quare ex ibi dicitur respondetur, vel id fuisse permissum Apostolis a Christo Domino specialiter dispensatione, ut magis eo tempore Christi nomen innotesceret, ut inquit Doctor loc. cit. non tamen permissum non esse, sed quod cessaverit causa talis dispensationis baptizandi hoc modo: Ego et baptizatus in nomine Patris, & Spiritus Sancti, ut explicat, Sanctus Cyprianus Episcopus 73. ubi exponens, Sancti Petri verba Adorum 2. Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu sic ait, Jesu Christi mentionem fecit Petrus, non quasi Pater unitate, sed ut Patri quoque filius adingeretur.

Qui baptismum iterum contulerunt euidam jam protracta etate, qui semper femina existimatus fuerat. Ad rationem in oppositum neganda est paritas de Matrimonio, & Baptismo, aliterque Sacramentis, quia Matrimonium contrahens hic nunc cum tali persona particulari contrahere intendit, & secundum conditiones individuas; at baptizans, vel alia Sacramenta administrans nec respicit, nec respiciere debet personas particulares, sed eundem conditiones individuas, sed personam praesentem, qualemque sit, conditiones solum necessarias ad consecrationem Sacramenti considerare debet, ut valde confertur.

ARTICULUS PRIMUS.

Quis possit baptismum conferre, & administrare.

Primò, ut jam diximus disp. 2. cit. q. 3. quamvis soli Presbytero ex officio, ex vi ordinis, & consecrationis ministrare baptismum incumbat, & Diacono etiam ex vi ordinis, & commissionis Presbyteri, & Parochi, ut docet Doctor Thom. q. 67. a. 2. in casu tamen extreme necessitatis pueri, vel periclitantis quævis persona humana rationis particeps vir, aut femina, fidelis, aut infidelis, non solum valide, sed etiam licite baptizare potest, dummodo possit alium abluere, & legitimam formam proferre cum debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, ut docet Scot. a. d. 6. p. 1. & licet antiquis temporibus multis etiam Ecclesia Patribus hic punctus fuerit dubius; modo tamen abique erroris periculo negari non potest, cum id fuerit expressè definitum ab Innocentio Tertio in Concilio Laterano, c. hinc de Summa Trinitate, & Fide Catholica, & ab Eugenio IV. in Concilio Florentino in decreto fidelis, cuius rei congruentia est maxima hujus Sacramenti necessitas, ob quam oportuit valde à quavis persona humana habente prædicta requisita valide ministrari posse, & hæc ratio ait D. Tho. qu. 67. cit. a. 2. a. 1. quod si Christus Dominus institutum fuisse, ut nimirum Sacramentum ad salutem simpliciter necessarium, seu necessitate mediæ à quocumque homine in casu necessitatis valide, & licite conferri posse, dummodo non addat alia persona dignior, unde in casu necessitatis docent communiter Doctores ordinem hunc esse servandum, ut dignior minus digno præferatur; ordo autem dignitatis, & Prælatio hic est. Primò Sacerdos, deinde Diaconus, postea Subdiaconus, postmodum iniciatus Minoribus Ordinibus, inde habeas primam tonsuram, ultimo laicus, & inter hos vir præferatur forinam, fidelis autem forinam præferatur viro infideli, atque ita præsentem Sacerdote non baptizat Diaconus, præsentem viro baptizat femina. Ad hunc etiam communiter DD. apud Laym. c. 7. de Baptismo hunc ordinem invertitur, interdum esse peccatum mortale, & quandoque veniale tantum; mortale quidem dicitur esse, si præsentem Sacerdote Laicus, aut inter inferior Clericus baptizare præsumeret; veniale vero dicitur, si præfatus ordo invertatur inter alios Clericos inferiores, & Laicos, vel inter virum, & mulierem; imò nullam fore culpam, si aliqua adit rationabilis causa invertionis istius ordinis, vel quia obliuiscit melius, & certius in revertionibus dicitur, ut quia virum accedere non deest ad puerum baptizandum nondum omnino ex utero matris editum. Cum autem dicitur quælibet hominem in casu necessitatis non modo valide, sed etiam licite ministrare posse, hoc est intelligendum abque solemnitate, id est, abque egermonis illis, que ex præcepto Ecclesiæ in collatione baptismi adhiberi solent, etenim si Laicus egermonias illas surparet, mortaliter peccaret, & irregularis fieret, ut habetur c. si quis extra de non ordinato ministrante.

QUESTIO TERTIA.

De Ministro, & Susceptore Baptismi.

Minister Baptismi proprie intelligitur ille, qui baptizat, qui hoc Sacramentum confert; duplex autem est hic baptismini minister, vel administrator, primus dicitur minister, solemnitate, cui nimirum competit ex officio hoc Sacramentum cum debita solemnitate ministrare; alter vero dicitur minister necessitatis, ad quem non spectat ex officio, sed vi sui muneris, sed tantum ob necessitatem de se dicitur minister administrare. Item suscipere baptismum dicitur illi, qui baptizatur, non solum adulti, qui sua sponte, & voluntate baptizari petunt, & consentiunt, sed etiam infantes, quibus nihil de hæc cognoscibus confertur baptismus. De his igitur tractandum est in præfati articulo.

que significativa, & causativa talis effectus se habet, multiplex. Ità discutimus l. c. cum Doctore, quem dicendi modum communiter recentiores sequuntur ibi citati, ubi alia plura vide ad hoc spectantia.

35 Tertio, major est difficultas, an plures possint eundem hominem baptizare simul, seu uni, & eidem valide baptismum ministrare, quam difficultatem etiam resolvimus q. 2. cit. a. 1. cum Doctore 4. disp. 6. qu. 2. ubi ab initio ai pluribus modis contingere posse, quòd plures simul eandem baptismum conferre cum debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, ut docet Scot. a. d. 6. p. 1. & licet antiquis temporibus multis etiam Ecclesia Patribus hic punctus fuerit dubius; modo tamen abique erroris periculo negari non potest, cum id fuerit expressè definitum ab Innocentio Tertio in Concilio Laterano, c. hinc de Summa Trinitate, & Fide Catholica, & ab Eugenio IV. in Concilio Florentino in decreto fidelis, cuius rei congruentia est maxima hujus Sacramenti necessitas, ob quam oportuit valde à quavis persona humana habente prædicta requisita valide ministrari posse, & hæc ratio ait D. Tho. qu. 67. cit. a. 2. a. 1. quod si Christus Dominus institutum fuisse, ut nimirum Sacramentum ad salutem simpliciter necessarium, seu necessitate mediæ à quocumque homine in casu necessitatis valide, & licite conferri posse, dummodo non addat alia persona dignior, unde in casu necessitatis docent communiter Doctores ordinem hunc esse servandum, ut dignior minus digno præferatur; ordo autem dignitatis, & Prælatio hic est. Primò Sacerdos, deinde Diaconus, postea Subdiaconus, postmodum iniciatus Minoribus Ordinibus, inde habeas primam tonsuram, ultimo laicus, & inter hos vir præferatur forinam, fidelis autem forinam præferatur viro infideli, atque ita præsentem Sacerdote non baptizat Diaconus, præsentem viro baptizat femina. Ad hunc etiam communiter DD. apud Laym. c. 7. de Baptismo hunc ordinem invertitur, interdum esse peccatum mortale, & quandoque veniale tantum; mortale quidem dicitur esse, si præsentem Sacerdote Laicus, aut inter inferior Clericus baptizare præsumeret; veniale vero dicitur, si præfatus ordo invertatur inter alios Clericos inferiores, & Laicos, vel inter virum, & mulierem; imò nullam fore culpam, si aliqua adit rationabilis causa invertionis istius ordinis, vel quia obliuiscit melius, & certius in revertionibus dicitur, ut quia virum accedere non deest ad puerum baptizandum nondum omnino ex utero matris editum. Cum autem dicitur quælibet hominem in casu necessitatis non modo valide, sed etiam licite ministrare posse, hoc est intelligendum abque solemnitate, id est, abque egermonis illis, que ex præcepto Ecclesiæ in collatione baptismi adhiberi solent, etenim si Laicus egermonias illas surparet, mortaliter peccaret, & irregularis fieret, ut habetur c. si quis extra de non ordinato ministrante.

36 Quarto, conveniunt etiam Doctores, ut diximus quæst. cit. num. 66. in secundo casu jam posito, si plures unum baptizent ita ut, unus alterum præveniat in absolvenda forma cum appositione materis, baptismum à primo collatum esse validum, & ab ipso solum conferri, altero nihil efficiente; & ratio, quia omnes unum, est ista, quia subiectum semel baptismum incapax est ulterioris baptismi, cum hoc Sacramentum sit de numero irreiterabilium, ut superius dictum est; ergo quicquid postea sit ab alio Ministro ablucens, & verba proferente irritum est, ac inane. E contra vero non ita conveniunt Doctores, an in tertio casu proposito sit validus baptismus nempe si unus Minister materiam adhibeat, & alter formam, ille aquam infundendo, & iste verba proferendo. Quidam enim antiquiores, quibus adhæret Cajetanus 3. part. quæst. 67. artic. 6. talem baptismum valere dixerunt, si forma proferatur ritu Græcorum, baptizetur servus Christi, vel etiam si formas Latinorum inhærendo dicatur in plurali. Nos te baptizamus. Communis tamen sententia oppositum docet, talem nempe baptismum non valere, ac etiam in casu necessitatis, si convenienter mutus, & muncus, non posse puerum valide baptizare, ita mutus lovet, & muncus verba proferat. Ità Alensis, D. Thomas, Divo Bonaventura, & Scotus loc. cit. s. De secundo lit. E. quod ibi probat, quia actus ille esset contra Christi institutionem, qui sic instituit baptismum, ut ab unico ministro utraque actio proderet, scilicet, abluendi, & verba proferendi, ut ex illis verbis colligitur. Baptizantes eos in nomine Patris, &c. hoc enim ita intellexit, ut idem ipse Minister actum abluionis exerceret, & verba ipsa proferat. Deinde probat etiam Doctor, quia baptismus ille sub nulla forma valeret; non quidem sub forma inter Latinos consuetâ dicendo Ego te baptizo, quia si muncus hanc formam proferat, filium diceret, cum ipse non abluat, sed mutus, & consequenter nequit esse convenientis forma. Sacramenti, & idem est, si diceret, Nesci baptizamus, quia cum ab uno solo abluatur, propositio etiam falsa est. Nec tandem valeret sub forma Græcorum, quia adhuc sub ea forma debet

certitudinem hujus signi disponere conferre alicui suscipien- ti præcisè illam gratiam, quæ requiritur ad certitudinem signi, & alicui majorem, quem prædestinavit ad majorem gloriam, sed ille ulterior gradus non conferretur virtute Baptismi, sed de speciali benevolentia divina; ita quod haberet ille duplicem gratiam, unam ex vi Sacramenti Baptismi, illam, scilicet, quam determinavit Deus conferre infallibiliter, & regulariter Baptismo mediante, & alteram ex speciali benevolentia divina, quæ licet non sit effectus Baptismi, sicut prima, dicitur tamen effectus, quia concurret ad eandem numero gratiam constituendam in baptizato cum illo gradu priori, & concomitancer se habet cum effectu Sacramenti; licet non sit propriè illius effectus. Tandem addit Doctor, quod etiam ex parte causæ meritoriz, qualis est passio Christi, potest esse in baptizato inæqualitas gratiæ susceptæ, quia cum Christus noverit omnes electos, & gloriam, quam eis disposuit Deus dare, potuit efficacius offerre passionem suam pro illis, quibus disposuit Deus majorem gloriam conferre.

53 Denique quo ad aliam quæstionem partem, an, scilicet, ex parte suscipientis detur uni major gratia, quam alteri, respondet Doctor litter. D. §. De tertiò quod vel baptizari sunt parvuli, vel adulti comparando parvulum ad parvulum, cum nullo habeant motum proprium, nullam habent inæqualitatem ad gratiam ex parte sui recipiendam; potest tamen in parentibus unius esse major motus, quam alterius pro suo parvulo, vel in aliquibus aliis ministrantibus, aut assistentibus Baptismo, ob quorum merita Deus uni parvulo majorem gratiam conferre potest, quam alteri, sed hoc non virtute Baptismi, sed meriti, & hoc modo fortè parentes B. Nicolai orationibus suis meruerunt sibi majorem gratiam, quæ erat in eo etiam parvulo principium tam mirabilis effectus, ut duobus diebus in hebdomada unica tantum lactatione contentus maneret; unde quo ad hoc magis optandum est puerum baptizari à bono sacerdote, quam à malo, quia oratione sacerdotis boni, quas multas facit antè, & post Baptismum, magis exauduntur, & profunt illi, pro quo sunt, quam orationes mali. Ubi tamen advertendum est, hoc meritum ministris, & aliorum assistentium esse de congruo, & non de congruo, siquidem Theologi omnes communiter in hoc conveniunt, quod purus homo alteri non possit primam gratiam mereri de condigno, ut docet Alensis 3. part. quæst. 69. memb. 3. art. 2. D. Thom. p. 2. q. 114. art. 6. Bonavent. 2. d. 27. art. 2. qu. 1. & alii antiquiores, quam totam doctrinam vide solus declaratum l. 4. disp. 1. de Sacramento in genere q. 9. ubi etiam diximus non obulare, quod contra hoc à Recentioribus asserti solet ex eo, quod communiter dicitur Sacramentum non dependet à malitia, vel bonitate Ministris; siquidem hoc intelligitur solum quantum ad substantiam Sacramenti, effectum, & fructum ejus ordinariæ, quod plane non obstat, quin adhuc Deus adiacere possit ex libere alate aliquid ob impetrationem aliorum. Deinde subdit Doctor loc. cit. prop. suam quæstionem, quod si baptizati sint adulti, cum illi per motum proprium possint esse inæqualiter dispositi, & in Sacramento conferatur gratia secundum proportionem dispositionis in suscipiente, sequitur inæqualis effectus pro ratione majoris, vel minoris dispositionis, & sic expressè docet etiam Concil. Trident. sessio. 6. cap. 4. ubi loquens de adultorum justificatione ait illos justitiam recipere secundum propriam eorumque dispositionem, & cooperationem, quod etiam valde consonum est perfectissimæ Dei providentiæ, ac justitiæ distributiivæ, sicut enim majori contritioni, & dispositioni extra Sacramentum major quoque gratia correspondet, ita pariter majori attritioni, quæ in Sacramento locum contritionis supplet, major quoque gratia correspondere debet, ut dicebamus disp. præced. quæst. 2. art. 7. n. 2. de Sacramentis novæ legis in universum. Et hoc etiam ratio ipsa suadet quia actus activorum sunt in patiente dispositio a. De Anima rex. 24. id est, formæ recipientium in subjecto secundum dispositionem illius, sed inter adultos potest unus esse magis dispositus ad Baptismum suscipiendum, quam alter: potest enim unus accedere cum majore devotione, quam alter: ergo in magis disposito per effectum recipitur Baptismi effectus, atque ita ex parte recipientis potest dari major gratia in Baptismo, & ita tenent Doctores communiter D. Antoninus, Sylvester, Nugens, Suarez, Reginaldus, Coniac, Vivaldus, Bonacina, & alii passim.

ARTICULUS SECUNDUS.

An sitio impediat Baptismi effectum, & hic conferatur illa recedente.

54 Notandum est fictionem hic accipi, prout opponitur dispositioni, ille enim ad Baptismum sic accedente censetur, qui non est sufficienter dispositus ad ejus receptionem sumpto nomine ex Sapient. 1. Spiritus Sanctus disciplina effugiet stultum; sicut ergo in adultis duplex dispositio requiritur, una ad valorem Baptismi altera ad effectum illius; sic etiam est duplex fictio, seu indispositio, prima impediens valorem Baptismi, secunda effectum ejus principalem, qui est gratia, prior est, quando quis Baptismum recipit sine voluntate, sed intentione illum recipiendi; posterior est, quando quis caret fide, vel attritione, aut proposito servandi mandata Dei; quæ dispositiones requiruntur ad effectum Baptismi consequendum qui est gratia, ut dictum est quæst. præced. art. 2. num. 46. Hic autem obex gratia duplex esse potest, primus quæ negativus, ut cum quis ad Sacramentum dispositus accedit, hoc tamen invincibiliter ignorat, & ideo non peccat, licet ob defectum dispositionis requisitæ effectum Sacramenti non recipiat; Alter est positivus, quando quis actualiter peccat in ipsa Sacramenti susceptione, ut si sciens se esse in peccato mortali Sacramentum suscipiat. Vel loquendo juxta phrasim antiquiorum fictio, quæ effectum Sacramenti impedit duplex esse potest, una sine peccato, quæ tunc accidit, quando quis abique idonea dispositione ad baptismum accedit bona fide credens se esse sufficienter dispositum, altera cum peccato, & tunc accidit, quando quis sciens se esse in peccato mortali abque aliqua dispositione debita doloris de suis peccatis ad Sacramentum accedit, & juxta hanc distinctionem resolvenda est quæstio proposita breviter ex jam fuisse dict. 54. d. 2. cit. q. 6.

55 Primò itaque dicendum est, quod loquendo de fictione seu indispositione valorem Baptismi impediende, hac potest recedente valor Baptismi non sequitur 3. loquendo de fictione impediende tantum ejus effectum, hac recedente effectus Baptismi sequitur, & confertur. In hac assertionem conveniunt omnes Doctores, & ratio est, quia valor Baptismi à sola suscipiente voluntate non dependet, sed etiam ab aliis conditionibus ad illam necessariis requisitis, scilicet intentione Ministris, ac etiam à debita materia, & forma, quæ prout se desinit, Baptismus validus esse nequit, etiam si adit voluntas recipientis, per quam fictio primi generis removeretur; ac effectus Baptismi, qui est gratia posito Baptismo cum legitima dispositione infallibiliter requiritur: ergo si per sufficientem dispositionem fictio secundi generis removeretur, statim Baptismi effectus sequitur, qui per hujusmodi fictionem impediendus erat. Dices, quando hujusmodi fictio secundi generis removeretur, jam re ipsa Baptismus non adesset, sed antea præcessit; ergo tunc effectum suum producere nequit. Consequentiæ p. obatur à similibus valore Baptismi, ideo enim non sit validus Baptismus recedente fictione primi generis, quia materia forma, & intentio Ministris jam transierunt, valor autem Baptismi pendet ab illis presentibus, non præteritis; idem ergo dicendum de effectu Baptismi, qui est gratia, quod recedente fictione secundi generis, non sequitur, nec confertur, quia Baptismus non est præsens, sed transiit. Respondeatur negando pariter de valore, & effectu Baptismi, valor enim Baptismi intrinsecus, & essentialiter pendet à materia, & forma, ac intentione Ministris, quæ ideo pendet ab illis presentibus, non præteritis, effectus autem Baptismi, qui est gratia pendet à Baptismo effectivè tantum, tamquam ab instrumento morali, quod moraliter operari potest, etiam si physicè non sit præsens, quomvis igitur, quando obex, vel fictio secundi generis removeretur per sufficientem dispositionem, jam re ipsa non sit Baptismus, sed transierit; hoc tamen minime obstat, quia talis effectus principaliter à Deo pendet, & instrumentaliter à Baptismo effectivè in genere causæ moralis, quæ operari potest etiam si non sit præsens physicè.

56 Secundò, loquendo de fictione, seu indispositione impediende tantum Baptismi effectum, si Baptismus susceptus fuerit cum obice tantum negativo, qui, scilicet, est sine peccato, dicendum est fortior potestatem suam effectum in tali homine se disponere per solam attritionem, nimirum tunc gratiam infundit, peccatum originale remittit, nec non, & peccata omnia tam mortalia, quam venialia Baptismo antecedenti, & condonari debita pœnam, & quidem hoc totum haberi virtute Baptismi præteriti, quomvis enim tunc baptismus non adit, sed transierit, hoc tamen non obstat, quin talis effectus tunc sequatur, & conferatur, quia ut supra dictum est pendet ab eo effectivè tamquam ab instrumento morali, quod moraliter operari potest, etiam si

etiam si non sit physicè præsens; in hac conclusione Doctores etiam omnes ferè conveniunt, quod à quando obex est tantum negativus, sola sufficit attritio, ut diximus quæst. 6. cit. art. 7. & ratio est quia in eo qui sic ad baptismum accedit cum obice tantum negativo sine actuali peccato, sufficienter tollitur fictio, & talis obex, si post susceptum baptismum, non peccat mortaliter; ergo jam relinquitur locus baptismi, ut suum posse produere effectum. Consequentia patet, quia in tali casu opus non est Sacramento poenitentiz, cum supponamus omnia peccata ante baptismum esse perpetrata, assumptum probatur, quia attritio sufficiens est dispositio in ipso baptismi, ut constat ex dictis disp. 2. cit. quæst. 3. ergo etiam post baptismum, si nullo interea accesserit peccati impedimento; tum quia fictio, de qua hic est sermo, cum sit obex negativus tantum, in sola carentia dispositionis consistit; ergo posita dispositione tollitur fictio, in casu autem nostro non opus est alia dispositione, quam attritione; ergo hac posita tolluntur omnia peccata vi solius baptismi.

57 Tertiò dicendum est, quod si baptismi Sacramentum fuerit susceptum cum obice positivo, & cum fictione, quæ est cum peccato, tunc necessaria est contritio, vel attritio simul cum Sacramento poenitentiz ad tollendam talem fictionem, & ad hoc, ut baptismi Sacramentum suum producat effectum. Hec etiam conclusio est ferè communis, paucis quibusdam exceptis, qui dicunt hominem in tali casu gratiam potest recipere virtute novæ contritionis, vel Sacramenti, poenitentiz; non autem prioris baptismi. Fundamentum præcipuum est, ut diximus, & late explicavimus quæst. 6. cit. nam. 14. auctoritas D. Augustini. 1. de Baptismo contra Donatistas cap. 12. & lib. 3. cap. 13. & lib. 6. cap. 5. quæ inserta est in iure his verbis. Tunc valor incipit ad salutem baptismi, cum illa fictio veraci confessione recedat, quæ coram in malitia, vel sacrilegio perseverante, peccatorum abolitionem non sinibatur, quæ auctoritatem late explicamus. Deinde probatur ratione, quia baptismus debet aliquod suum effectum habere, si tollatur obex fictionis, aut impedimenti, aliam non possent peccata ante baptismum sic suscipere commissa unquam deleri; non enim deleri possunt per poenitentiam per se loquendo, & multo minus per alia Sacramenta; nam peccata per se non respiciunt, tamquam proprium obiectum, nisi peccata post baptismum commissa, aut que committuntur in ipsa baptismi susceptione, ut omnes fatentur. Tandem probatur, quia neque contritio, neque poenitentia Sacramentum totam poenam peccatis debitam condonat, nec per se, nec per accidens, sed hoc tantum in convenit baptismi; ergo cum in baptismi iterari non possit, dicendum est peccata jam commissa ex vi præcedentis baptismi non debent recedere fictione cum in hic effectus baptismi aliunde suppleri non possint, ut loc. cit. fuisse demonstravimus.

58 Quartò dicendum est, quod est in casu proposito præcedit asserti peccata baptismum præcedentia tollantur vi baptismi præcedentis sublata fictione per contritionem, vel poenitentiam; ipsa tamen fictio, & sacrilegium per ipsam commissum in susceptione baptismi non tollitur in virtute baptismi, sed virtute contritionis, vel poenitentiz. Hæc etiam assertio est Scoti loc. cit. in qua omnes convenire videntur, & primò probatur ex Concil. Trid. sess. 6. can. 14. ubi assertur peccata post baptismum commissa non posse per baptismum deleri, sed per poenitentiam. Deinde probatur ratione, nam cum in peccatum in ipsa susceptione baptismi commissum, & post ipsam susceptionem peccaveras sit postorius baptismum saltem naturæ; quia est sacrilegium commissum ob indignam baptismi susceptionem, non potest deleri, nisi per Sacramentum poenitentiz, vel per contritionem; ergo posita contritione, vel attritione cum Sacramento poenitentiz directè deletur peccatum in susceptione baptismi commissum. Denum probatur, quia, ut inquit Doctor, tale fictionis peccatum per se, ac directè opponitur ipsi baptismi, & ejus effectui: est enim formaliter injuria, & irreverentia in Sacramentum, & est impedimentum baptismalis effectus ergo per ipsam baptismum auferri nequit, sed alio ad quæ remediò tolli debet, quæ fictio sublata totum suum effectum baptismum habebit quo ad reliqua peccata ipsam præcedentia. Hoc idem asserendum esse inquit Doctor l. c. infra D. etiam de peccatis baptismum concomitantibus, ut si v. g. contingat, quod quis in ipsa actuali susceptione baptismi habeat voluntatem farandi, aut fornicandi, aut odii, vel invidiæ &c. talia nimirum peccata baptismum concomitantia modo prædeclaratò virtute contritionis, vel poenitentiz dimitti, sicut dimittitur ipsa fictio, non virtute baptismi; quod etiam tenent Coninchus, Caspensis, & alii Recentiores; & probant ratione à Scoto illustrata, communiter enim ab omnibus conceditur idèò indignam baptismi susceptionem non posse postea per ipsam dimitti, quia directè impedit effectum ejus, ac ei irreverentiam in-

ferit; non enim probabile videtur Sacramentum esse institutum ad remittendum illud peccatum, quod ejus vim enervat, effectum impedit, eique directè opponitur, & irreverentiam infert; unde neque poenitentia tollit peccatum in actu ipso poenitentiz commissum, hoc enim beneficio privatur, qui ei injuriam infert, sicut qui violat Ecclesiam, beneficio privatur immunitatis Ecclesiasticæ; sed alterum peccatum sacrilegæ fictionis concomitantem in casu posito eodem modo virtuti baptismi opponetur, ejus effectum impediet, & injuriam inferret; ergo per ipsum remitti non potest. Minor probatur, quia indigna Sacramenti susceptione ideo ejus virtutem directè impedit, quia per dispositionem directè repugnat; at qui quodvis aliud peccatum mortale durans in susceptione Sacramenti usque ad ultimum ejus instant debet dispositioni directè repugnare, imò ad ipsam sacrilegam fictionem attinet, quia omne peccatum, quod sit contra dignam Sacramenti susceptionem, ac proinde ejus virtutem remitti non potest. Ex quo sequitur tum ipsam baptismi indignam susceptionem, quam aliud quodlibet peccatum in ilam concomitantem, postea specialim in constitutione explicandam esse, quia per baptismum remitti nequeunt, ut q. cit. prosequimur n. 150.

59 Quintò, ex hoc deducimus q. cit. n. 153. Sacramentum baptismi reviviscens quandoque gratiam conferre, ut causam totalem, quandoque vero, ut partialem tantum, quando reviviscit per solam attritionem, & per ablationem obicis negativis tantum, tunc solus totam gratiam confert, ut constat ex dictis conclusionibus secundæ no. 56. quia in eo casu nihil est aliud, quod possit gratiam causare. Quando vero reviviscit per Sacramentum poenitentiz in ablatione obicis positivi, ut in casu conclusionis tertie no. 57. simul natura cum eo confert gratiam, ac causa partialis, & quidem majorem; quam unum quodque seorsim per se conferret, quia utrumque Sacramentum vim habet causandi certam gratiam, nec unum alterius vim impedit. Ita Doctor qu. 5. cit. lit. D. ubi ait quod ad justificandum fidem partialem fictionem concurrunt poenitentia, & baptismus, ut causæ partiales quarum quælibet respicit obiectum suum, baptismus enim respicit originale, & actualia, sive propria ante ejus susceptionem commissa, poenitentia vero omnia alia, quæ fuerunt causa fictionis, vel post baptismum commissa. Et ratio est, quia tunc nec baptismus potest gratiam conferre ex se solo, cum in peccata post se commissa remittere nequeat; nec poenitentia potest peccata delere ante baptismum commissa, quia ei non subiacent. Et cum ex alia parte nequeat gratia infundi sine peccatorum remissione, nec unum peccatum possit sine alio remitti, sequitur neutrum Sacramentum posse habere effectum sine alio, sed suum effectum conferunt simul dependentes à se mutuo, sed cum mutua dependentia unus ab alio, sicut duo idem levant pondus, quod neuter seorsim levare poterat. Ita discurret Doctor lo. cit. Plures autem instantias Valquez disp. 159. cap. 3. vide solutas qu. 6. cit. art. 2. contra præcedentem doctrinam.

60 Postremo quærent hic Theologi. An Circumcisio, quæ olim apud populum Judaicum divinitus instituta fuerat, peccati originalis remissionem, & gratiam sanctificantem ex opere operato contulerit. Negant Thomistæ communiter cum D. Thoma qu. 70. art. 4. quod probant ex Conc. Florentino in decreto Eugenii, ubi dicitur. Sacramenta legis antiquæ non causant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dantur figurasse. Affirmantem sententiam jam ex instituto defendimus 4. disp. 1. de Sacramento in genere q. 2. art. 3. ubi conclus. diximus Circumcisionem non solum fuisse à Deo institutam in signum populi hoc caractere signati, sed etiam in remediò originalis culpe pro parvulis, ut docet Scot. 4. d. 1. quæ. 6. ab initio ex pluribus Patribus præsertim ex August. li. 3. contra Julianum capit. 18. & lib. 5. cap. 9. & cap. 2. de gratia, & peccato originali cap. 30. lib. 16. de Civitate Dei c. 27. l. 4. de baptismo c. 24. & alibi frequenter, quod deducit ex ipsamet institutione Circumcisionis Genes. 17. Multulus, cui præputi caro circumcisio non fuerit, debetur anima ejus de populo, quem locum ita interpretatur Aug. cum aliis Patribus, quia parvuli originali culpa vulnerati, nisi per Circumcisionem ejus remissionem obtinebant, damnabantur, Deinde conclus. 2. ibidem diximus cum Doctore loco citato, Circumcisionem gratiam contulerit ex opere operato, quod necessaria sequitur ex præcedenti asserto, semel enim concessio, quod Circumcisio instituta fuerat ad delendum originale peccatum, statim sequitur, quod gratiam contulerit, non enim aliter de potentia ordinaria peccatum originale deleri potest, quam per gratiæ collationem, ut omnes concedunt; quod vero eam contulerit ex opere operato, probatur etiam auctoritate Patrum qui manifestè eandem causalitatem, & eundem tributum causandi modum circumcisio, & remediò legis naturæ quam baptismi respectu gratiæ, unde D. Gregor. lib. 5. Moral. capit. 2. inquit. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc

fic exorimi actus baptizandi, ut noceat esse ab eo Ministro, qui verba profert, ut dicitur quæst. precedenti art. 2. numer. 27. & Græca illa oratio non est pura deprecatio, sed efficax operatio, quasi diceretur, per actum illum, qui a me fit, baptizetur ille; ergo munus formam tantum profertens, & non abluens, veram formam non servare dicitur. Baptizatur servus Christi quia offeror oratio falsa, cum actus abluendi a profertente non exeat. Responsiones autem, & objectiones Cajetani vide præclusas, & solutas loc. cit.

37 Quinto tandem, neque Doctores conveniunt, an validus sit baptismus à pluribus collatus in quarto casu jam posito, nempe si plures Cathæchumenum abluant, & simul hanc formam profertant *Nos te baptizamus in nomine, &c.* Aliqui enim absolute affirmant, ut Marcellus, Riccardus, Major, Paludanus, Durandus, & Cajetanus, talem baptismum esse validum quia ab omnibus Theologis communiter conceditur posse plures ministros eodem tempore unum hominem valide baptizare, si unusquisque aquam infundens dicat *Ego te baptizo in nomine Patris, &c.* ut diximus in primo casu, sed quando plures ad baptizandum concurrunt, melius, & convenientius eorum pluralitas exprimitur per hanc formam *Nos te baptizamus*, quam per illam, *Ego te baptizo*, nam per eam non significatur plurium Ministrorum conventus, qui ad unum baptizandum concurrunt, sed potius unus tantum Ministri per se, ergo & cetera. Alii verb cum distinctione procedunt, & inquirunt, quod si Ministri dicentes *Nos te baptizamus*, habeant talem intentionem, ut nullus eorum per se totum baptismum conferat, sed omnes simul, & unus dependenter ab alio, ita quod forma faciat sensum complexivum, Sacramentum nullum est, quia illa intentio est contra significationem, & veritatem formæ, per quam significatur abluentem baptizare independenter ab alio. Si vero Ministri dicentes *Nos te baptizamus* habeant intentionem, quod unusquisque eorum per se, & independenter ab alio totum conferat baptismi Sacramentum, tamquam si ipse esset solus, ita profertant talem formam in sensu copulativo cum recta intentione integrè baptizandi, verè baptizantur, quia tunc quislibet habet intentionem ad Baptismum sufficientem. Ita Suarez, Aversa, & alii Recentiores.

38 Communior tamen, & probabilior sententia absolute negat talem baptismum esse validum, ita quod si duo baptizant dicentes *Nos te baptizamus*, neque in sensu copulativo, neque in sensu copulativo Sacramentum efficeretur. Ita Valquez, Coninchus, Caspensis, Surianus, Bonacina, Ledesma, Centinus, ex nostris, & alii passim. Ratio est, quia in utroque sensu datur in forma variatio essentialis, ut diximus quæst. cit. n. 73. nam forma baptizandi ex suo modo significandi, significat baptismum ab uno ministro causari, cum sit hæc *Ego te baptizo*, & consequenter significat ab illo causari ad quæ, & independenter ab alio; at hæc forma *Nos te baptizamus*, licet significet baptizare, significat tamen me baptizare cum alio, in ad quæ, ergo habet modum essentialiter diversum ab eo, qui fuit institutus a Christo. Nec sufficit dicere argumentum valere, si talis forma profertur, & intendatur in sensu copulativo, non autem copulativo. Nam quando uterque dicit *Nos* significatur tunc per eam particulam pluralis numeri, quod ab utroque complexim administratur baptismus, & sic a quolibet partialiter, non totaliter, ac etiam in sensu copulativo indicatur, quod unus baptizat cum alio, & dependenter ab eo; ergo in neutro sensu efficitur Sacramentum. Dices parum referre, quod in casu posito uterque baptizantium forma explicet in numero, plurali, quia si aliquis Episcopus ob dignitatem personæ dicere baptizando, *Nos te baptizamus*, adhuc verus esset baptismus, sic enim illa particula, est in plurali prolata, numerum significat singularem, cum unus solus baptizat. Sed hæc instantia non est ad rem, gratis enim concedimus propositionem illam posse ab uno solo profertur baptizante ob dignitatem personæ, quam sustinet, ut solent primates, & magnates dicere, *Nos* vicimus, *Nos* volumus, in hoc autem sensu non agitur hæc quæstio in præfenti, sed in sensu proprio, quod particula *Nos* numerum pluralem significet, & conventum plurium ad unum, & eundem baptizandum.

39 Ad fundamentum verò opposita sententia jam occurritur loc. cit. num. 74. gratis concedendo verum esse baptismum a pluribus collatum dicente unoquoque *Ego te baptizo*, quia per hanc formam, non conventus plurium, sed unusquisque, ut integer Minister designatur, & totalis, ac ab alio independens. At dicendo, *Nos* baptizamus, ex vi propositionis indicatur sensus complexivus, vel plurium copulativus, indicans utrumque partialiter ad baptismum concurrere, quod est contra eius institutionem, quia ratione in primo casu, quod plures, eundem baptizant unoquoque dicente, *Ego te baptizo*, dicendum est singulos illorum esse causam integram, & totalem Sacramenti quia

in causis moralibus, & instrumentalibus non repugnat dari plures causas totales ejusdem effectus. Sacramenta autem ut dicitur est disp. præced. non physice, sed tantum moraliter concurrunt ad productionem gratiæ. Dices; hæc propositio, *Nos te baptizamus*, æquivalere illis singularibus, *Ego te baptizo*, & *Ego te baptizo*, sed si quislibet Ministrorum diceret in singulari, & *Ego te baptizo*, verus esset baptismus, ut supra dictum est in primo casu; ergo quamvis dicatur in numero plurali, *Nos te baptizamus*, adhuc verus erit baptismus.

Respondetur negando majorem, nam sicut dicit Præfatus illud pronomen *Nos* non geminat singulare suum, ut dicitur *Ego*, & *Ego*, sed *Ego*, & *Tu*, vel *Ego*, & *ille*; & idem hæc propositio *Nos te baptizamus*, non resolvitur in has duas, *Ego baptizo*, & *Ego baptizo*, sed in has, *Ego baptizo*, & *ille baptizat*, &c. & ideo si dicitur, *Nos* baptizamus, aliquid dicitur, quod forma variatur etiam essentialiter, ut dictum est loc. cit.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quis baptismum suscipere possit, qua dispositio

40 Certum est, ac de fide, quemlibet hominem in statu viræ baptismi capax esse, ut expresse colligitur ex verbis Christi Matr. ult. *Enunc dicitur omnibus gentibus, baptizantur eis*, &c. & quidem de adultis nulla est difficultas, de his enim præsertim sermo est ibi; quidem sicut ad Evangelicam doctrinam audiendam sunt idonei, sic etiam ad percipiendum Baptismi Sacramentum, qui omnium Sacramentorum est janua. De infantibus verò rationis usum nondum adsecutus negatur esse Baptismum, atque idem dixerunt infantes, cum ad ætatem adultam pervenerint, iterum rebaptizandos esse, sicut ad rationem baptizati fuerant, quia de causa Ambrosii hæc sunt verba, *Verum contra hunc errorem, ut ait Scotus 4. dist. 4. quæst. 1. & 2. fides Catholica docet, parvulos etiam usum rationis nondum adsecutos esse baptizandos, & Baptismi suscipiendi esse capaces pro remissione peccati originalis, quod in carnali conceptione contraxerunt; ut loquitur Divus Augustinus, de fide ad Petrum; quod clare dicitur etiam in verbis ipsius Christi Matr. ult. *Qui parvulus venire in me, & talium est enim Regnum Cælorum*, idcirco hæc veritas, tanquam dogma de fide in pluribus Conciliis definita est; ut in Concilio Milevitano can. 2. cap. 17. ubi hæc habentur verba, *ut quicumque parvulus reciter ab utero matris baptizandus negat, anathema sit*, ac etiam in Viennensi, sub Clemente Quinto Clementina 1. de Summa Trinitate & fide Catholice ac tandem in Trident. sess. 5. can. 4. idcirco D. August. libr. 10. de Genes. ad lit. ait hæc baptismi doctrinam præsertim in Ecclesia consuetudinem esse traditionem Apostolicam, & hoc etiam ratio ipsa suadet, quia cum Baptismus sit necessarius, non tantum necesse est præcepti, sed etiam mediæ, ut supra dictum est, & constat ex illo Joann. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non consequens est, ut quislibet homo natus, & in hoc mortali corpore exiens, sine adultus sit, sine infans, sine vir, sine femina sit subiectum baptismi idoneum; quia prædicti Christi verba, & sint universalia, & neminem excludunt, ad quemlibet hominem sunt extendenda. Quomodo verò circa hoc punctum dubia quædam occurrere solent, hic breviter sunt resolvenda.**

41 Primo queritur, An liceat baptizare infantes in utero Matris existentes. Respondet Scotus 4. d. 4. cit. qu. 3. *Ad questionem*, quod vel puer secundum omnes partes est in utero matris, vel secundum aliquam partem appareat extra uterum; si primo modo, ait quod potest baptizari, quia baptismus est lotio, vel ablutio in aqua, sed parvulus sic in utero existens non potest levitari, quia nec sic immediate tangi ab aqua, & sic etiam dicitur D. Tho. q. 68. art. 11. unde subdit quod ad Baptismum terno, quia in Concilio Neocesariensi cap. 6. dicitur baptismum mulierum non potest esse nisi in utero matris. Si tamen periculum aliquod imminet, secundum aliquam partem infans extra uterum appareat, subdit Scotus, quod aut appareat pars principalis, ut caput, & tunc potest baptizari in illa parte, nec est postea rebaptizandus, si cum perficte nasci contigerit, quia censetur simpliciter baptizatus, non est enim verisimile, inquit Doctor, quod in die Pentecostes, quando baptizati sunt tria milia Actorum, quod quislibet quantum ad totum corpus suum lavaretur aqua, sed præcisè quantum ad faciem aspergendo, vel quantum ad caput perfundendo, si autem appareat pars minus principalis, scilicet manus, vel pes, illa est baptizanda, quia ibi est tota anima, licet non omnis sensus, sicut in capite; et sic hoc minus sufficere ad hoc, ut esset simpliciter baptizatus, unde si nascere-

feretur postea vivus, esset sub conditione rebaptizandus, ut docetur extra de Baptismo, & ejus effectu cap. *De quibus*, ut jam diximus quæst. precedenti art. 1. n. 21. & eandem subdit Doctor, quod si puer non nascatur vivus, credendum est, quod Deus supplet, quod impotentia impeditur, & ideo talis etiam mortuus nascitur, sepeliendus est in terra benedicta. Et hæc est communis Theologorum sententia contra Cajet. 3. p. q. 63. a. 2. & 11. ubi ait parvulus exiens in utero matris, etiam si nulla pars corporis extra uterum appareat, & posse salvari per baptismum in voto parantum, hoc est, per fidem parentum factam oblatione prolis ad Deum cum invocatione Trinitatis; quia valde consonum est Divinæ misericordie, ut nullus sit hominum status, in quo salvari non possint; sed impossibile esse salvari puerum, qui intra uterum Matris moritur, nisi illis subvenire possit fides parentum modo jam explicato. Hæc tamen opinio, quamvis speciem quamdam pietatis præferat, est aliena a sensu, & dogmatis Ecclesiæ, & ideo Præf. in editione illa Romana operum D. Thomæ justè esse præmittendam, ut refert Aretin. nos. 4. d. 4. q. 3. a. 3. ubi ad fundamentum Cajetani respondit, quod non est illis parvulis impossibilis salus propter defectum misericordie divinæ, nam jam Deus induit remedium generale Sacramenti Baptismi, ad quod si pervenerint, salvantur; cui addendum est Deum providisse pro quolibet hominum statu, & etiam pro parvulis in utero Matris existentibus, non quidem per baptismum, sed per martyrium; ut jam diximus 4. disp. 2. q. 7. art. 4. ubi statuitur baptismum infantium posse per martyrium suppleri, quod etiam docet Doctor d. 4. cit. q. 4. *Dicitur*, ubi inquit infantes, qui in utero cum ipsa matre propter Christum cruciatur, consequi eundem effectum martyrii, quem consequuntur, qui excludi ab utero Matris eodem titulo cruciantur.

42 Secundo queritur, An monstrum ex viro, & foemina genitum fit baptizandum, & fit baptismi capax, quod notanter addit, quia Syrus, vel genius ex foemina, & brutum non est capax baptismi, siquidem nec est homo, nec originale peccatum habet, cum peccatum originale ex Adam pro virilium virtutem tradatur.

Respondent Doctores communiter, quod si monstrum sit tale, ut deo dicitur an sit homo, & animam habeat rationalem si nihil certi dignoscitur, mortificè periculum imminet, baptizari debet hæc conditione adhibita, *si homo, ego te baptizo*, quod si postea certo constiterit esse hominem, non est rebaptizandum, quia illa conditio semper fuit vera. Si vero nullum sit in mora periculum, medici consuli debent, & illi in hac arte periti, ac etiam tritus erit rem ad Episcopum deferre, ordinemque ab illo præsertim exequi, ut habetur in Rituali Romano titulo de Baptismo. Si monstrum autem tale sit, de quo dubitatur an sit unus homo, vel plures, respondent cum Scoto 4. d. 6. quæst. 1. *De quibus* quod si tempus haberi potest ad discernendum, an monstrum sit simpliciter una persona, vel duæ de hoc debet haberi diligens inquisitio, antequam baptizetur, discerni autem præsertim poterit, si unum, vel plura capita in eo sint junctum, vel plura pectora, tunc enim totidem erunt cordes, & animæ, hominesque distincti probabiliter loquendo, quod notanter addit, quia ait Doctor, nec signum de duobus capitibus esse omnino certum, quia tamen raro, vel nunquam accidit, quod sit duæ animæ, quin sint duo capita, vel duæ partes principales capitibus, subdit quod si certitudo haberi potest, & sit partes, de quibus patet, quod pertinent ad distinctas personas, in tali casu seorsim singuli erunt baptizandi, & separatim perfundi debet ista pars, & illa cum iteratione formæ in singulari super utrumque. Si autem certitudo haberi non possit, baptizandus est saltem in illis partibus, quæ principaliter pertinent ad unum cum forma in singulari, & secundo abluendæ sunt aliæ partes, quæ non videntur principaliter pertinere ad illam partem, & hoc cum forma, quæ servanda est in illis, de quibus est dubium, quæ ponitur extra de baptismo, & ejus effectu c. *De quibus*. Ita Doctor l. c. quod etiam habetur in Rituali Romano l. c. ubi declarat, quod si distincta illa personarum non possit certo deprehendi, ut si monstrum duo quidem capitibus habeat, non vero duo pectora, tunc in uno absolute baptizari debet, in altero sub conditione.

43 Tertio queritur, An adulti amentes sint baptizandi. Respondent Doctores communiter cum distinctione. Vel enim fuerunt perpetuo amentes, non speratur eos rationis compotes aliquando esse futuros, & talibus conferri debet baptismus, sicut adultis infantibus, cum baptismus sit Sacramentum maxime necessitatis; & sicut ad valorem baptismi infans non est opus, ut baptizator cum ejus consensu, cuius tunc non est capax, cum illi rationis caretis; ita neque ad valorem baptismi amentis, sed sufficit Ecclesiæ voluntas, & ratio est, quia sicut prædicti peccato originali maculati sunt per alienam voluntatem, sci-

licet, primi parentis, ita per alienam quoque, scilicet, Ecclesiæ voluntatem ab ea labe mandari possunt, ita Bellarminus, Henricus, Bonacina, & alii passim ex Concilio Cartagenensi, & Arausicensi. Si verò amentes aliquando usum rationis in habuerint, & postea in amentiam lapsi sunt, rursus distinguendum est; etenim si constet illos, dum mentis compotes essent, baptismum petivisse, vel exoptasse, nec volentem illam matalesse, baptismus erit illis conferendus, inquit DD. citati baptizandos esse sub conditione, si baptismum petierunt, vel exoptarunt, modo non constet per mansisse in statu peccati mortalis, & ratio est, quia melius est ipsos decedere cum baptismi dubio, quam sine ullo baptismi. Verum si constet in statu peccati permanisse, ut in concubinato, non sunt baptizandi, quia baptizarentur cum obice, & Sacramentum ministraretur indignis, unde etiam habetur in Conc. Trident. in tali casu à baptismi administratione abstinendum esse. Et hæc tota doctrina est Scoti 4. d. 4. quæst. 4. *De hisingno*, ubi etiam ipse in solvendo hoc dubio cum simili distinctione procedit, & inquit quod idem est iudicium faciendum de adultis, qui nunquam rationis usum habuerunt, quales sunt amentes, vel facti à majoritate, atque de pueris respectu baptismi, cum hoc tamen discrimine, quod si speratur adultum aliquando esse curandum, & ratione usum, expectandum esse, tale tempus, ut cum majori reverentia Sacramentum recipiat, si vero desperet illam perventurum ad usum rationis, statim esse baptizandum: Amentes vero, qui ex sana mente in amentiam inciderunt, subdit iudicandos esse secundum eam voluntatem, quam habuerunt, dum sanæ mentis exierunt; unde si tunc in eis apparuerit voluntas suscipiendi baptismum debet in furia, vel amentia constitutus Sacramentum exhiberi, si desperet illos ad usum rationis perventuros denovo, quia aliàs essent in periculo damnationis; an vero si dum sana mente pollebant, nulla in eis apparuerit talis voluntas, inquit nequaquam esse baptizandos. De quo puncto alia plura videri possunt apud Aret. qu. 4. cit. art. 3.

44 Quarto queritur, An liceat infidelium infantes invitis parentibus baptizare. Quæstionem hanc jam ex professo discussimus disp. 2. cit. q. 4. ubi ab initio diximus nomine infidelium hic intelligi solos non baptizatos, non autem Hæreticos, & Apostatas, qui a fide defecerunt, cum enim isti adhuc in sua Apostasia sint Ecclesiæ subiecti, sicut ipsi ad fidem servandum cogi possunt, ita & eorum filii ipsi etiam renitentibus possunt baptizari, siquidem ratione parentum quod saltem spiritualement manent Ecclesiæ subiecti. Neque est quæstio de validitate baptismi, quia infantes hujusmodi sunt baptismi capaces, & possunt eis applicari omnia ad ejus valorem essentialiter requisita, scilicet, materia, & forma cum debita intentione Ministrum, nec requiritur proprius consensus, cum usum rationis non habeant, neque parentum, quia in his, quæ ad justificationem spectant, voluntas parentum non censetur voluntas filii, nisi in jure civili ad aliquos effectus civiles voluntate parentibus invitis, unde quæstio est solum an licet id fieri possit. Negat Divus Thomas 2. 2. qu. 10. art. 2. & 3. par. qu. 67. art. 10. cum suis sectatoribus, & est communis Recentiorum sententia. Affirmat Scotus cum suis 4. d. q. 9. quæ controversia, si bene perpendatur, potius est de nomine, quam de re, quia Scotus etiam id absolute non affirmat, sed quibusdam cautelis adhibitis, quibus consideratis utraque sententia ferè in idem recidit. Prima enim sententia asserit infantes infidelium invitis eorum parentibus non esse baptizandos, si sub illorum cura, & potestate remaneant, aut periculum sit, ne ad eorum curam, & potestatem redeant, & ab illis perventurum. Si autem ab illorum cura, & potestate justè abstrahi possunt, ita ut nullum sit periculum, ne ad illos redeant, aut ab illis perventurum, affirmat in tali casu licitum esse infantes illos etiam invitis parentibus baptizare, & similiter ait hoc esse licitum in casu, in quo infans esset in certo periculo mortis, de cuius vita desperaret etiam in eo eventu cessat periculum perversionis, & subveniendum est proximo extreme indigenti. Ita discussur Soto, Valquez, Valentia, Reginaldus, Coninchus, Caspensis, Amicus, Aversa, & alii Auctores primæ sententiæ. Sed his quoque cautelis adhibitis asserit Scotus loc. cit. sententiam affirmativam, non aliter, nec alio modo, ut diximus quæst. cit. art. 1. ab initio, nimirum si præcaveri possit, ne infantes occidantur a parentibus, ne baptizentur, & sit aliqua certitudo, quod tales infantes baptizati sint religiose educandi, ne irreverentia accidat fidei ob Apostasiam, quibus cautelis adhibitis constat hanc controversiam esse potius de nomine, quam de re, & Recentiores ita loquentes in Scoti sententiam profus incidere. Aliqua autem ad rem spectantia vide accuratè discussa loc. cit.

45 Quinto queritur, An iam iustificati teneantur ad susceptionem baptismi; & ratio dubitandi est, quia non legitur de

ngli prois, qui de Abraba stirpe prodierunt, mysterium Circumcisionis. Probatur etiam ratione, quia circumcisio effectum justificationis habebat parvulis applicata abque bono, vel merito opere ministrantis, siquidem etiam ab infideli poterat conferri, ac ex pravo sine valide, si facere intendisset, quod Ecclesia, vel congregatio fidelium intendebat ex D. Aug. lib. 1. contra Cresconium cap. 31. & capit. 103. ubi ait Circumcisionem à Sima itano collatam fuisse validam non minus, quam nunc sit baptismus ab Hæretico collatus: cum ergo ex opere operantis gratiam non conferret, sequitur, eam contulisse ex opere operato, siquidem alius modus non datur in productione gratiæ, nisi ut intuitu meriti suscipientis, vel ministrantis, aut virtute ipsius Sacramenti conferatur. Ad auctoritatem verò Concilii Florentini adductam jam responsam est quæst. 2. cit. a. 4. n. 90. ex doctrina Scoti q. 6. c. lit. I. Concilium esse locutum de Sacramentis Mosaicæ legis, atque propriè dictis, atque idèò sub his Circumcisionem non comprehendisse, quia ante legem Mosaicam per multos annos instituta fuit, unde D. Paulus etià dixit Circumcisionem non fuisse ex lege, sed Patribus, ideoque securè dici potest non fuisse saltem præcisè veteris legis Sacramentum, nec sub illius legis Sacramenti per se includi, atque ita neque cum eis connumerari debere, nisi veluti per accidens, quatenus in lege Moysis inserta fuit, & confirmata; alioquin de ferat Sacramentum, & remedium legis naturæ, in quantum erat quedam determinatio illius remedi in populo Hebræo. Quod autem sit discrimen inter vim Circumcisionis, & baptismi ad conferendam gratiam jam diximus qu. cit. conclus. 3. quod Circumcisio non habet vim justificandi adultis ab actuali peccato, ut habet baptismus, sed tantum parvulos ab originali, nec vim habuit augendi gratiam quando applicabatur homini prius justificato, ut facit baptismus, ut Scotus docet dist. 1. q. 6. cit. lit. I.

QUÆSTIO QUINTA.

De Sacramento Confirmationis.

61 Quoniam Confirmationis Sacramentum specialiter institutum est, ut roboretur baptizati in spiritali militia Christi ad fortiter pugnandum, tum interiori contra tentationes, tum exteriori in quibusvis casibus etiam cum discrimine vite, si opus sit; pro conservatione fidei in baptismo receptæ, quam baptizati conservare professi sunt, ut constabit inferius agendo de hujus Sacramenti effectibus, quæ ratione dici solet complementum, & perfectio gratiæ baptismalis; convenienter post baptismum in præfati, & hac ultima quæstione de Confirmatione agendum est.

ARTICULUS PRIMUS

De nomine, & essentia Confirmationis, ejusque institutione, ac necessitate.

62 Primò, ut à nomine inchoemus, per hoc nomen Confirmationis intelligitur in Ecclesia ritus ille, quo Episcopus baptizati frontem sacro Chrismate dngit sub certa verborum forma, qui ritus licet à SS. Patribus diversis nominibus appellari soleat, nam à S. Clemente epist. 4. Confirmatio vocatur, à S. Cypriano epist. 73. ad Lubjanum Signaculum Dominicum, à S. Augustino l. 2. contra Perillianum c. 109. Sacramentum Chrismatis, & aliter ab alijs; communi tamen nomine, & magis usitato in Ecclesia vocari solet Confirmatio, quod nomen, ut Abellius advertit. ca. 3. de Sacramento Confirmationis sec. 1. ante 1200. annos usurpatum reperitur à S. Melchide Pontifice in Epistola sua decretali ad Episcopos Hispaniæ; ubi ait, quod Confirmatio armat, & instruit nos ad agendum vitam istius. Quod autem spectat ad essentiam, & quid rei, communiter definiti solent, ut notat Bonac. disp. 3. punc. 1. quod Confirmatio est Sacramentum, quo homo viator baptizatus inungitur in fronte ab Episcopo cum Chrismate, & præscripta verborum forma ad fidem roborem consequendum; in qua definitione quatuor causarum genera exprimuntur, ac etiam subiectum istius Sacramenti capax, quod est homo vivens in hoc mortali corpore, per particulam inungitur indicatur causa materialis proxima, quæ est unctio, per aliam cum Chrismate indicatur materia remota, quæ est Chrisma, per aliam ab Episcopo indicatur causa efficiens ministerialis hujus Sacramenti, dicitur, sub præscripta verborum forma ad denotandum causam formalem, quæ in Verbis ab Episcopo prolatis continetur; additur tandem ad fidem roborem consequendum, ut effectus, & causa finalis hujus Sacramenti ostendatur. Quam definitionem adhuc magis explicat Scotus noster 4. d. 7. qu. 1. ab initio, dum inquit, quod Confirmatio, seu Sacramentum Confirmationis, est unctio hominis viatoris aliquo qualiter consentientis, vel libero arbitrio nunquam usi, facta in fronte in figura Crucis cum Chrismate nunguente, & hoc à Ministro idoneo simul cum intentione debita inungente, & verba certa profertente, significans efficaciter ex institutione divina unctio-nem animæ per gratiam roborantem ad consentiendum cum constantia fidem Christi.

63 Secundo, certum est, ac de fide Confirmationem esse Sacramentum novæ legis à Christo Domino institutum, ut jam diximus 4. disp. 2. cit. q. 8. de Sacramento Confirmationis ab initio ita enim definitum est in Concilio Florentino in decreto de unione Armenorum §. Secundum, & postea in Tridentino sess. 7. cap. 1. de Sacramentis in genere, & can. 1. de Confirmatione, quæ veritas manifeste etiam colligitur ex scriptura Actorum 8. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum, ubi Eugenius Quartus in Florentin. cit. per manus impositionem intelligit Christi unctio-nem, & per accipere Spiritum Sanctum intelligit donum gratiæ sanctificantis, & sic etiam explicatum fuit in Conc. Senonensi decreto 10. his verbis: Qui tunc impositionem manuum, tunc Confirmationis appellatum est Sacramentum, & eodem sensu hunc locum explicat D. Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, & D. Cyprianus epist. 73. ad Lubjanum. Et ex hoc eodem loco evidentè colligitur hoc Sacramentum esse à baptismo distinctum, at enim sacer textus de Apostolis loquitur. Qui cum venissent,naverunt presbiter, ut acciperent Spiritum Sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu Et quamvis neque ex hoc loco, neque ex ullo alio Sacra Scripturæ instituto hujus Sacramenti efficaciter deducetur, ut quidam Hæretici contendunt, adhuc id non obstat, ut inquit Scotus d. 7. cit. quæst. 1. infra C. supponitur enim adhuc institutum esse à Christo, licet tempus, & modus hujus institutionis in scriptura non legatur, forte, quia historiographi scripturam usque ad tempus illud non produxerunt, non enim produxerunt ultra tempus Apostolorum; nec enim est improbabile, inquit Doctus multa esse tradita auctoritative à Christo Ecclesie per Apostolos, quæ tamen in scriptura non legimus, ut dicit Damascenus libr. 4. capit. 4. & plura de fide credimus, quæ ex scriptura non constunt, sed ex perpetua Ecclesie traditione juxta illud Pauli 2. ad Thimotheum. 2. Tene tradiciones, quas didicisti, sive per sermonem, sive per epistolam nostram, hujus autem Sacramenti institutum ex perpetua Ecclesie traditione nobis constat, quam nobis scriptam plures reliquerunt Pontifices, & Patres, quos latè referunt Bellarminus in hoc loco cap. 3. Suarez disp. 32. sec. 1. Amicus disput. 13. sec. 1. & alij Recentiores passim, ex quibus Patrum testimonijis præclarum præsertim est illud Augustini l. cit. ubi ait, quod Sacramentum Chrismatis in genere visibilium signaculum factissimum est, sicut ipse baptismus.

64 Tertio, quo autem tempore hoc Sacramentum fuerit à Christo Domino institutum, quamvis aliqui, ut ait Suarez disp. 32. citat. sec. 2. cenfant fuisse institutum post Christi Domini resurrectionem, cum Apostolis plenitudinem Episcopalis potestatis in corpus mysticum Ecclesie sue contulit illis dicens: Sic ut misit me Pater, & ego mitto vos; communis tamen, & probabilior sententia est, ut diximus quæst. 8. cit. quod in nocte cœnæ fuerit à Christo Domino institutum, unde pronavit consuetudo sacrum Chrisma consecrandi institutum in die Cœnæ Domini, quæ quidem semper in Ecclesia servata est, & adhuc servatur, & hanc sententiam expressè tradidit Fabianus Papa ep. 2. c. 1. dum ait. In die illa Dominus Jesus postquam cenavit cum Discipulis suis, & lavit eorum pedes, sicut à Sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, Chrisma consecrare docuit, ubi per Christum Sacramentum Confirmationis intelligitur, quod totum postea confirmavit etiam Catechismus Romanus de Sacramento Confirmationis, ubi tamen ad advertendum est, quod licet à nocte Apostolos docuerit Chrismate consecrare, satis tamen probabile est nemini eorum tunc temporis datam esse potestatem conferendi hoc Sacramentum à quia nondum Apostoli in ultima Cœna instituti erant Episcopi, ad quos tantum spectat hoc ministrare Sacramentum sed Christum id Apostolis contulisse post resurrectionem Joan. 20. cum dedit eis plenariam potestatem ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis, quando dixit: Accipite Spiritum Sanctum, &c. per quod etiam conciliari possunt allatæ opinionones dicendum cum Coninchio, Aretino, Bonacina, & alijs institutionem Sacramenti Confirmationis inchoatam fuisse in die ultimæ cœnæ, cum ibi instituta fuerit materia, & forma; completam verò fuisse hujus Sacramenti institutionem post Christi Domini resurrectionem.

rectorem Jo. 20. cum data fuit Apostolis plena potestas ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis. Nullatenus admittenda est opinio quorundam dicentium hoc Sacramentum fuisse institutum Matth. 19. quando Christus parvulis imponebat manus, cum enim parvuli nondum essent baptizati, verisimile non est tunc institutum fuisse Confirmationis Sacramentum, quod baptismum supponit, sed ibi potius designatum, & significatum fuisse.

65 Quærd quod spectat ad obligationem hujus Sacramenti suscipiendi, satis constat ex dictis 4. disp. 1. de Sacramentis in genere quæst. 10. art. 3. num. 169. Sacramentum Confirmationis non esse necessarium necessitate mediæ neque præcepti; non quidem necessitate mediæ quia cum sit Sacramentum in vivorum, & institutum ad dandum secundam gratiam, seu gratiæ augmentum, apertè deducitur non esse necessarium necessitate mediæ, quia gratiæ augmentum non est medium ad salutem simpliciter necessarium, cum sine illo salus haberi possit, & experientia constat plures salvati sine confirmatione, ut patet in infantibus baptizatis ante suscipiendam Confirmationem ex hac vita decedentibus; unde conclusit Scotus dist. 6. cit. q. 2. hoc non esse Sacramentum simpliciter necessarium ad salutem juxta illud Marci ult. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, & de Confec. dist. 5. ubi habetur, quod baptizatus per solum baptismum salvetur. Neque jam est necessarium necessitate præcepti, quia nec ex scriptura, nec traditione, neque sine, aut institutione Sacramenti tale præceptum colligitur; quamvis enim confirmatio vires tribuat, & robur ad profectum, & defendendum fidem; nihilominus hujusmodi vires per alia media adhuc obtineri possunt, ut in mediis orationibus confessione, & Eucharistia, unde neque Ecclesia urget ejus susceptionem illis poenis. Ex quo fit, ut qui Confirmationem sponte omittit non peccet mortaliter seculo contemptu, vel alia circumstantia, quod notanter additur, quia obligatur adultus, ut ait Doctus loco cit. ad non contentandum hujus Sacramenti susceptionem, sicut habetur extra de sent. excom. ubi dicitur in Gloffa, quod non est plene Christianus, qui contemnit, & in hoc sensu explicat id, quod habetur de confec. dist. 5. ubi dicitur quod omnes fideles per manus impositionem Episcoporum post baptismum Spiritum sanctum suscipere debent, ut pleni Christiani inveniuntur loquitur enim de adulto, inquit Doctus, qui debet suscipere, id est, non contemtere, & pro tempore congruo suscipere in effectu; judicatur enim contemptus, si omnimoda oportunitate oblata non susciperetur: quam Scoti doctrinam amplectuntur etiam Toletus, Sylvester, Abellius, Layman, & alii ab ipso citati cap. 5. de Confirmatione, qui existimant proximè ad contemptum accedere, si quis non curaret hoc Sacramentum suscipere, oblata illi suscipiendi oportunitate, quam postquam non ad futuram prævidet.

66 Denique Abellius cap. 3. cit. sess. 4. cum Isamberto dist. 7. art. 1. asserit in his locis, ubi viget, aut imminet persecutio contra Ecclesiam, teneri quemlibet adultum, si Episcopum commode adire possit, hoc Sacramentum suscipere, ut ex illo robur, & vires ad fidem constantem profectum acquirat, sicut, & illam qui graves contra fidem experiretur tentationes, quas per hujusmodi Sacramenti virtutem se posse tantummodo superare existimaret: unde non satis mihi probatur, quod ait Bonacina disp. 3. cit. punc. 2. num. 2. qui Confirmationem sponte omittit, non peccare mortaliter, seculo contemptu, etiam si omittit, quando fidem protestari debet coram Tyranno: non inquam, mihi satis probatur, quia omisso Confirmationis in tali casu saltem proximè ad contemptum accedit. Et sic etiam sentire videtur Bulembaum in sua Medulla Theologica lib. 6. tract. 1. c. 2. dub. 3. ubi ait, quod non ex solo contemptu, sed etiam ex aliqua alia circumstantia Confirmatio aliquando potest esse necessaria ad salutem ex præcepto charitatis sui, vel proximi, vel alio v.g. ad evadendum scandalum, vel ratione conscientiz, qua quis valde metuit, ne in tormentis deficiat sine hoc Sacramentum.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quanam sit materia, & forma Sacramenti Confirmationis.

67 Conveniunt Catholici omnes, ut diximus q. 8. cit. art. 1. & 2. materiam remotam hujus Sacramenti esse Chrisma ex oleo olivarum, & balsamo confectum, & ab Episcopo benedictum, proximam vero esse ipsius Chrismatis unctio-nem in fronte suscipientis ab Episc. factam in figura Crucis; forma verò consistere in his verbis, quæ ab Episcopo profertur: Signate, vel consignate te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; ita D. Tho. q. 72. a. 2. & 4. & Scotus noster loc. c. dist. 7. q. 1. ab initio, & Mastrii Theol. Moral.

constat tum ex Conc. Florent. in decreto Eugenii, tum ex Catechismo Romano p. 2. cap. 3. ac etiam ex ipso usu, & praxi Ecclesie; unde licet non habeatur in sacris lit. teris expressum, tamen ex communi PP. & Theologorum consensu, ac etiam ex traditione ipsa Ecclesie, & praxi satis constat, quæ etiam sufficit ad reddendam rem tamquam de fide certam. Et quidem quantum ad materiam proximam, quod in unctio-nem consistit, nomen ipsum Chrismatis ostendit, quod hoc Sacramentum solet etiam communiter appellari, nam Chrisma Græcè est Latine unctio, & Paul. 2. ad Corin. 1. inquit: Qui confirmat nos Deus, & unctio nos. Quod verò ad materiam remotam spectat ejus convenientiam explicat Doctus q. cit. in fine hac ratione, quia nimirum Chrisma habet similitudinem cum effectu hujus Sacramenti, oleum enim nitorem habet, & supereminet ceteris liquidis, & est materia proxima incendiis; per primum significat caliditatem, vel munditiam; per alia duo significat charitatem, & balsamum, quod habet bonum odorem, significat bonam famam juxta illud 2. Corin. Christi bonus odor sumus, balsamum etiam corpora mortuorum conficitur, ne putrefiant, ideo significat incorruptionem; per illam ergo materiam felicitet Chrismatis ex oleo, & balsamo confectum significatur, quod confirmatus debet habere munditiam, & charitatem, & bonam famam, quia sine illis non est multum authentica Confirmatio fidei Christianæ. Demum de sufficienti forma dubitari non potest, cum Ecclesia in doctrina Sacramentorum errare nequeat, ut notat Doctus dist. 6. quæst. 8. de caractere ex cap. Ad abolendum de hæreticis, & ejus sufficientia patet, quia exprimit materiam proximam, & remotam, causam instrumentalem, & principalem, & denique subiectum, & effectum hujus Sacramenti, ut patet discurrunt per singulas particulas, & declarat Doctus l. c. sed quia in hac materia aliæ difficultates occurrunt q. cit. accurate discussæ, ex earum resolutione ibi tradita aliqua sunt hæc observanda ad clariorem, & certioram hujus veritatis intelligentiam.

68 Primò itaque quia antiquiores quidam dixerant solum Episcopalis manus impositionem esse materiam essentialem hujus Sacramenti, quod probant ex factis Apostolorum, qui ut legitur Act. 8. & 19. per solum manuum impositionem hoc Sacramentum ministrabant nulla mentione facta de Chrismate, aut alia materia; hic observandum est, nullam manuum impositionem ab ea distinctam, quæ requiritur in ipsa facris Chrismatis unctio-nem, esse essentialem hujus Sacramenti materiam, ut Scotus docet loc. cit. in solutione ad primam objectionem sub lit. C. & fundamentum habet in Conc. Florent. cit. ubi Eug. IV. in decreto unionis Armentorum dicit, loco illius manus impositionis: Apostolice datur in Ecclesia Confirmationis Sacramentum, hoc est sacri Chrismatis unctio-nem, unde in Pontificali Rom. hujus manus impositionis nulla profus fit mentio præter eam, quæ Chrismatis unctio in modum Crucis applicatur in fronte confirmandi, & eadem planè veritas ex ritu etiam in Græco coligitur, in quo præter Chrismatis unctio-nem nulla alia manuum impositio adhibetur. Ad objectionem ex factis Apostolorum desumptam ab initio nascentis Ecclesie respondent Bellarminus, Uvaldenf. Hug. & alii impositionem manuum, cupis fit mentio in actis Apostolorum, aliam non fuisse, quam unctio-nem Chrismalem, cum Apostoli non ugerent, nisi imponendo manus, ac proinde illam manuum impositionem semper conjunctam fuisse cum Chrismatis unctio-nem; quæ responsio admitte potest, ut diximus loc. cit. nisi obstat Auctoritas Conc. Florent. in decreto cit. dum ait loco manus impositionis, quæ utebantur Apostoli ab initio nascentis Ecclesie, successisse postea in Ecclesia Confirmationem, hoc est Chrismatis unctio-nem; quibus verbis expressè significatur aliam fuisse manus impositionem; quam tunc Apostoli adhibebant, ab ea qua nunc utitur Ecclesia, alioquin non benè diceretur loco illius nunc successisse Chrismatis unctio-nem, ut una res proprie alteri succedere dicitur, debet esse ab ea diversa, cum nullas res sibi succedere dicatur. Ac proinde diximus meliorem esse Scoti responcionem loco cit. hoc fecisse Apostolos ab initio nascentis Ecclesie ex singulari dispensatione, & speciali Christi privilegio pro eo solum tempore, quo Spiritus Sanctus supra fideles sub visibilibus signis descendebat, ac proinde tunc necessaria non erat sensibilis materia Sacramentalis; quando verò hujusmodi signa visibilia cessarunt, ubi sicut Apostoli Chrismate in hujus Sacramenti collatione, quam expositionem dedit etiam Div. Thomas quæst. 62. cit. art. 2. & ulterius addendum est, quod quando manuum impositio utebantur, non erat Sacramentum, sed ex speciali dispensatione eo modo conferebant rem huius Sacramenti, scilicet Spiritum Sanctum, seu ejus gratiam, quando verò cessantibus illis miraculis ab initio Ecclesie necessariis ad fidem introducendam, utebantur unctio-nem Chrismatis, & conferre gratiam Spiritus sancti, tunc Confirmatio illa erat Sacramentum, ut l. c. suffus explicamus.

69 Secundo observandum est ex dictis q. 2. n. 23. ad substantiam huius Sacramenti necessario requiri Christum compositum ex oleo olivarum, & balsamo; ita enim expresse docent D. Bonav. 4. d. 7. par. 1. q. 1. Alenfis, & D. Tho. & Scotus loc. cit. dum ait materiam remotam huius Sacramenti esse Christum compositum ex oleo olivarum, & balsamo, & hoc quidem de necessitate Sacramenti, ut explicat ibi Scotus omnes cum omnibus ferè Recentioribus; paucis quibusdam exceptis, qui cum Caietano dixerint ad validitatem Confirmationis solum oleum sufficere posse, nec mixtionem balsami requiri, nisi ex Ecclesie præcepto, eo modo quo in Sacramento Eucharistiae commixtio aquae in calicem est de præcepto; quia Eugenius IV. in suo decreto in Concil. Florent. ita dixit aquam debere vino admisceri in Sacramento Eucharistiae, sicut balsamum oleo in Confirmatione; sed hoc non obstante vinum sine aqua est materia sufficiens in Eucharistia; ergo sic pariter oleum in Confirmatione sine balsamo; tùm quia materia Sacramentorum debet esse communis, & facilis, nec consistit in aliquo pretioso, & raro, qui non facile invenitur, cuiusmodi est balsamum, debet etiam esse clara, & certa, de qua nemo dubitare possit, ut patet in materia Baptismi, Eucharistiae, & aliorum Sacramentorum, at difficile est invenire verum, & genuinum balsamum, & in omnium sententia facillimè illud adulterari potest. At hæc opinio non satis probabilis videtur, ut l. cit. diximus, cum Concilia, & Patres, ut habetur in Catech. Rom. supra, perpetuo docuerint hoc Sacramentum per Christum, seu unguentum ex oleo, & balsamo confici oportere, quod expresse verbis præsertim declaravit Concil. Florent. cum absolute docet loc. cit. materiam huius Sacramenti esse Christum ex oleo, & balsamo confectum; unde omnino falsum eodem modo locutum esse Concilium de mixtione aquae cum vino in calicis consecratione, & mixtione balsami cum oleo in Confirmatione; nam loquendo de materia Eucharistiae vinum de vite absolute dicit esse materiam, cui postea addit ratione mysteriorum aquam debere misceri, quæ verba denotant solum vinum esse materiam, & postea addendam esse aquam veluti de necessitate præcepti; materiam verò Confirmationis aut esse non solum oleum, cui admiscetur balsamum, sed Christum ex oleo, & balsamo confectum. Nec opus fuit materiam huius Sacramenti esse ita obviàm & communem, ut est materia aliorum, quia non est tanta necessitas ad salutem sicut alia, cum non sit necessaria necessitate mediæ, neque præcepti; & cum balsamum in modica quantitate sufficiat, facile haberi potest præsertim in Indicum, quod in magna copia ex India deservitur; & pro materia huius Sacramenti sufficit quolibet balsamum, sive perfectum, quale dicitur esse Syriacum, sive imperfectum, quale reputatur Indicum, ubi nascitur in magna copia, hoc enim quoque sufficit ad huius Sacramenti materiam, ut patet ex declaratione Pauli Tertii, & Pii Quarti, & parum ad hoc refert, quod si eiusdem, vel alterius speciei cum Syriaco, sicut nec refert de diversis vini speciebus pro materia Eucharistiae; de quo alia supra vide l. c.

malis, sicut etiam benedictio Christifans, quo baptizandi unguuntur, est Sacramentale quoddam, quia talis benedictio non fuit à Christo instituta, sed ab Ecclesia ordinata, & consequenter hæc illa validus potest esse baptismus, ut benedictio Christifans, quo ungitur confirmandus, est ab ipso Christo instituta, ut constat ex Concil. citat. & ideo sine ipsa validum esse nequit Confirmationis Sacramentum. Ita discursimus q. 8. cit. n. 227. quibus nunc addimus cum Abellio, & Jamberto loc. cit. n. 227. certam benedictionis formulam à Christo Domino fuisse determinatam, illudque solummodo decrevisse, ut Christum benediceret ab Episcopo, modum verò benedicens Ecclesie arbitrio reliquisset, quæ Episcopus uti debet. An verò saltem per dispensationem Pontificis possit Christifans consecratio simpliciter a Sacerdote committi, vide q. 8. cit. n. 228.

ARTICULUS TERTIUS.

De Ministro, & susceptore Confirmationis, ac eius, & eiusdem.

71 Primò conveniunt DD. tamquam in dogmate de fide, ut iam diximus q. 8. cit. n. 3. ordinarium huius Sacramenti Ministrum esse solum Episcopum; ita enim definitum est in Concil. Constantiensi sess. 8. & in Florent. ab Eugenio IV. in suo decreto fidei, cuius ratione reddit ibi, quia de solis Apostolis, quorum vicem tenent Episcopi, legitur, quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant; quod postea confirmatum est in Trident. sess. 7. can. 3. dum inquit, quod si quis dixerit s. Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quomvis simpliciter Sacerdotem, anathema sit. Et non tantum est ordinarius, ac necessarius minister necessitate præcepti, sed etiam Sacramenti, ut dictum est loc. cit. ita ut si simplex Sacerdos propria auctoritate illud conferre tentet, nihil efficiet, quia cum ex institutione Christi ordinarius Minister ipsius sit solum Episcopus, à quocumque inferiori collatum erit invalidum, quia de causa Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. inter alias functiones proprias Episcoporum, quarum functionum potestatem reliqui Sacerdotes ordinis inferioris nullam habent, ponit hæc etiam, scilicet, Confirmationis Sacramentum conferre; quod etiam antea docuit Innocentius I. Epist. 29. ad Decentium, ubi ait non ab alio, quam ab Episcopo Confirmationis Sacramentum esse conferendum. Ex quo sequitur, ut diximus loc. cit. à quolibet Episcopo etiam heretico, & degradato hoc Sacramentum collatum esse validum; & ratio est, quia ad hoc Sacramentum ministrandum valide aliud non requiritur, quam materia debita, & forma à Ministro habente ordinem Episcopalem ministrata; sed per hæresim, vel degradationem Episcopus ordinem Episcopalem non amittit, cum hic à Christo pendat, nec per illum peccatum tollitur, ut impeditur, quo minus valide, esse non licite, Episcopales exerceat functiones, ut habetur ex eodem Trident. sess. 7. can. 12. de Sacramentis in genere, talis enim functio est actus Ordinis, nec à Jurisdictione dependet, ut valide fiat.

72 Secundo, addimus tamen ibi num. 247. secundum communem, & veriore sententiam tùm veterum, tùm Recentiorum, scilicet Alenfis, D. Thomæ, D. Bonav. Ricardii, & Scoti q. cit. sub lit. B. ex commissione, seu delegatione Summi Pontificis Confirmationis Sacramentum posse à simpliciter Sacerdote ministrari, cuius sententia præcipuum fundamentum est factum D. Greg. Papæ lib. 3. epist. 65. & refertur cap. Præsentis, d. 25. qui tandem permittit, & concessit presbyteris Sardinie confirmare, seu Sacramentum Confirmationis conferre; cuius dispensationis meminit Eugenius IV. in Conc. Florent. cit. dicens legitur aliquando per Apostolicam Sedis dispensationem ex rationabili, & urgente causa simpliciter Sacerdotis Confirmationem per Episcopum confectam hoc administrasse Confirmationis Sacramentum; ubi notanter dicitur cum Sacerdote eadem dispensationem factam fuisse, quia alteri, vel etiam Diacono tale munus committi non potest, etiam à Rom. Pontifice; dicitur etiam id factum fuisse per Apostolicam Sedis dispensationem, quia Episcopus, ut communiter DD. docent, etiam ad suos subditos non potest committere munus confirmandi simpliciter Sacerdoti, potest tamen alteri Episcopo per litteras dimissorias additur tandem simpliciter Sacerdotem ex tali dispensatione hoc Confirmationis Sacramentum ministrare posse Christifans per Episcopum confectum, quia quamvis simplex Sacerdos ex dispensatione Summi Pontificis possit extraordinarie hoc Confirmationis Sacramentum conferre, tamen factum Christum conferre semper ex perpetua Ecclesie praxi Episcopo soli reservatum fuit, ut superius dictum est cum communi Doctorum, & probat Isambertus disput. 2. art. 6. Ex his itaque patet solum Sacerdotibus, & solum à Summo Pontifice hoc ministerium delegari posse, &

se, & nullum est fundamentum, vel exemplum ad hanc facultatem ulterius extendenda, ut aliqui dixerunt tota autem difficultas huius communis sententia consistit in explicando, quomodo possit, vel poterit Pontifex ea, quæ jure divino sunt Episcopi propria, conferre simpliciter Sacerdoti, cum Minister spectet ad essentialia Sacramenti; de qua difficultate fusè agimus q. 8. cit. n. 247. & seq. An autem ex commissione Summi Pontificis possit etiam simplex Sacerdos Christum conferre vide q. 8. art. 1. num. 228.

73 Tertio, quod spectat ad susceptorem huius Sacramenti, conveniunt Doctores solum hominem viatorem esse huius Sacramenti capacem esse illa generali regula, quod omnia Sacramenta sint pro hominibus viatoribus instituta, eò quod soli homines viatores sint novæ gratiæ capaces ejusque Sacramenti. Item solos homines baptizatos esse ejusdem Sacramenti capaces, cum baptismus sit janua Sacramentorum faciens baptizatos omnium illorum capaces. Denique omnem hominem viatorem, sive infantem, sive adultum, sive virum, sive foeminam, sive rationis competentem, sive amentem esse huius Sacramenti capacem. Et ratio est, quia omnis homo baptizatus est capax effectus illius Sacramenti; ergo etiam à ipsius Sacramenti, etenim qui capax est effectus Sacramenti, est etiam ipsius Sacramenti capax, sicut enim Sacramentum est propter effectum. Ad tamen, quod licet infantes ante usum rationis valide confirmari queant, melius tamen est conferre illis, postquam ad rationis usum pervenerint, ut recorderentur, quod hoc Sacramentum recepisse, iterum recipiant, & usum rationis expectandum esse praxi Ecclesie docet. Præterea tamen non solum pueris, sed etiam amentibus, qui ante amentiam petierunt, conferri possit Confirmationis Sacramentum; immò addunt aliqui etiam perpetuo amentibus administrari posse, & moribundis, etiam si illud antea non petierint. Et ratio est, quia non potest afferri sufficiens ratio, qua ostendatur hos privandos esse gratia habituali, quæ per Sacramentum Confirmationis conferuntur. Nec oblat istos non esse prelaturos, & solum profuturos, hoc enim est per accidens, & perpetuo amentes, ac in periculo mortis existentes non recipiunt hoc Sacramentum ad pignam, & consilium, sed ad meritum obedientie; hæc gratia augmentum, quod est esse valide utile, nam effectus huius Sacramenti est character, & augmentum gratiæ, ut mox dicemus, & nulla in hoc casu est Sacramenti irreverentia, ad hæc enim rite conferenda sufficit in parvulo, & eadem est ratio de perpetuo amente, sola voluntas Christi, & Ecclesie. Ita Banacina cum pluribus aliis ab ipso citatis disp. 3. qu. un. punct. 4. quod totum etiam innuitur à Scoto in definitione Confirmationis allata, dum inquit, quod Confirmatio est unctio hominis viatoris aliquiter consentientis quoad adultum, vel libero arbitrio nunquam nisi quoad infantem, & perpetuo amentem.

74 Quarto, quod spectat ad aliam quæsitam partem de huius Sacramenti effectibus; quamvis plures enumerari soleant, res tamen sunt præcipue, & principales ad quas alii reduci possunt. Primus illis cum aliis Sacramentis communis est, nempe augmentum gratiæ sanctificantis; non enim hoc Sacramentum per se institutum est ad dandam primam gratiam, quia illa sola Sacramenta sunt instituta ad dandam primam gratiam, quæ per se instituta sunt ad tollendum originale peccatum, vel mortale; at solus baptismus institutus est ad tollendum originale peccatum, & reliqua, quæ cum eo fuerint conjuncta; ad tollendum verò alia peccata post baptismum commissa solum poenitentia Sacramentum est institutum, ut constat ex Conc. Florent. cit. in decreto Eugenii, & Trident. sess. 7. & 14. ergo Sacramentum Confirmationis neque ad remissionem peccati, neque ad primam gratiam conferendam per se institutum est, sed tantum augmentum ejus. Quo fit, ut hoc Sacramentum per se requiratur statum gratiæ in suscipiente, unde nequit adultus cum conscientia peccati mortalis licite ad illud accedere, quamvis in eo casu characterem adhuc acciperet, quia hic cum peccato non pugnat; sed solum in suscipiente requiritur virtuale, & interpretativum voluntatem suscipiente Sacramentum. Secundus effectus huius Sacramenti proprius, & peculiaris est complementum, & perfectio gratiæ baptismalis, & auxilium quoddam speciale actualis gratiæ tempore opportuno conferendum, ad Christi

fidem interius fideliter contra quaslibet tentationes retinendâ & exterius in quibusvis casibus etiam cum vita periculo, si opus fuerit, fortiter profuturam. Ita Doctores communiter, & constat ex decreto Eugenii, & Conc. Trid. cit. & antea docuerat S. Melchias Papa in epist. cit. ad Episc. Hisp. ubi ait: In Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam, in Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur. Cum igitur hoc Sacramentum ex ordinatione Christi ad Christianam Religionem tuendam institutum sit, præter augmentum gratiæ habitualis peculiaris conferat auxilia suo tempore danda ad hunc effectum facilius consequendum. Tertius denique huius Sacramenti effectus est character spiritualis, qui per hoc Sacramentum indelibiliter animæ imprimitur, distinctus à characteribus Baptismali, quæ peculiari nota confirmatur insignitus adscribitur in militia Christi. Ità expresse definitum est, tam in Concil. Florent. citat. in decreto de unione Armenorum S. Quinis, quam in Tridentino sess. 7. can. 9. & antea definitum fuerat in Concil. Toletan. 8. can. 7. & etiam in Concilio Cabilonensi, can. 27. Quod autem Character Confirmationis à characteribus Baptismali sit distinctus ex eo patet, quia distincta sunt Sacramenta, sicut quia ordo ex Sacramentum distinctum à Baptismo, & Confirmatione distinctum quoque ab illis imprimi characterem; tùm etiam quia character baptismalis, nullum alium supponit in suscipiente characterem, estque prima janua, & omnino necessarius ad alia Sacramenta suscipienda, character verò Confirmationis baptismalem supponit, & ad reliqua Sacramenta necessarius non est.

75 Quintò tandem queritur quæ dispositio requiratur in adulto ad Sacramentum Confirmationis valide, & fructuose recipiendum pro cuius quæsitæ resolutione supponendum est ex dictis Confirmationis Sacramentum solis baptizatis valide conferri posse, quia huius Sacramenti character, ut modo dicebamus, baptismi characterem supponit, ita ut si quis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet, quia Baptismus est janua omnium Sacramentorum. Hoc supposito in primis certum est, ad effectum huius Sacramenti per se loquendo necessarium esse, ut qui illum recipit, primam gratiam habeat, quia hoc per se institutum est, non ad primam gratiam conferendam, sed tantum ejus augmentum, ut dictum est; unde qui baptizatus est, si baptismalem gratiam non amisit sufficienter dispositus est ad effectum huius Sacramenti recipiendam, nec novam dispositionem necessario requirit, sive infans sit, vel adultus, si verò post baptismum moraliter peccavit, per se loquendo indiget contritione, vel attritione cum Sacramento poenitentia, ut dignè hoc Sacramentum recipere possit, ac ejus effectum. Et ratio est jam adducta, quia indiget prima gratia ad effectum huius Sacramenti recipiendum, unde cum eam peccando amisisset, opus est, ut eam prius recuperet, quam ad effectum huius Sacramenti recipiendum accedat. Deinde in adulto requiritur consensus, non tantum per modum dispositionis ad effectum Sacramenti, sed etiam per modum intentionis, & voluntatis ad valorem Sacramenti necessaria; unde adultus ratione utens, si ad hoc Sacramentum accedat sine tali consensu, id est, nolens confirmari, Sacramentum non recipit, quia nullus adscribitur militiæ Christi invitus, ut etiam de Baptismo dictum est; non tamen opus est consensum hujusmodi esse actuale, vel virtuale, sed sufficit, quod sit consentiens habitualiter, hoc est ut prius habuerit voluntatem Confirmationis, & post talem consensum non habuerit dissentium contrarium, unde qui talem consensum habuit, nec illum revocavit, si postea in amentiam incidit, adhuc sufficienter dispositus hoc Sacramentum suscipit; demum si detur adultus ratione utens, qui merè negativè se habeat ad hoc Sacramentum recipiendum, hoc est, non consentiens neque dissentiens tam actualiter, quam habitualiter, illud valide recipiet, quia oportet hominem ratione utentem, aliquam habere devotionem ad Sacramentum ad hoc, ut illi valeat, aliter enim illud continere censetur, ut patet ex dictis de Sacramentis in genere, & de Baptismo q. 3. art. 2. nu. 46. & ex definitione Confirmationis à Scoto tradita, quod est unctio hominis viatoris aliquiter consentientis quoad adultum. Alia plura de hoc Sacramento videri possunt apud Alesanum nostrum lib. 4. tit. 7.